Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio III.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

sed etiam materialiter, ē tn̄ n̄ st oīo similia saltem quoad differentias indi=
viduales per quas ad invicem differunt, ē vt exemplo vtamr magis sensibili,
ab eodem puncto centrico æque distant duæ lineæ circumferentiæ ē tn̄ n̄
ē eadem via sed diuersa oīo ē ꝯtraria, sic ergo poˀt duæ differentiæ specificæ
æque distare a n̄ ente ē tn̄ ēē ad invicem oīo dissimiles.

Ad ȝtium ꝗd dicit n̄ ēē idem commensurari in similitudine ac inæ=
qualitate, poˀt itaque eius idem commensurari in æqualitate, vt vidimus per enti=
tates oīo dissimiles, ē pt afferri etiam exemplum in duobus individuis æqualibus quæ
hnt entitates numerice saltem dissimiles ē materialiter, cum tn̄ etiam nume=
rice ē materialiter n̄ sint inæqualia, exemplum vero qd afferebat de duobus quanti=
tatibus pt ꝯtra ipsos retorqueri, nam licet duæ quantitates ēēt dissimiles v.g. palmus
ceræ ē palmus terræ supposito qd hæ quantitates distinguerentur spēe adhuc ēēt
oīo æquales, quando ergo dicunt diuersitatem in quantitate facere inæquale
vel volunt solum quamcumque diuersitatem seu dissimilitudinem in quantitate
facere inæquale ē falsum ē vt ꝯstat ex adducto exemplo, vel volunt inæqualitatē
quantitatis facere inæquale, ē hoc verissimum ē, sic etiam inæqualitas in substā
seu ēētia facit inæquale in perfectione, fortasse alia argta poterint excogitari ꝯtra
nram sententiam, sed nullum credo qd in exemplo adducto de duobus individuis mate=
riter dissimilibus ē tn̄ oīo æqualibus n̄ poˀt manifeste retorqueri, hanc itaque sententiam
quam olim in Phīa docuerat video placuisse postea P. Francisco de Zunica in suo
lib. de Trinitate q. 20 disp. 5 dubio 12 membro 3 num. 6. vbi n̄ solum eam
approbauit sed libenter etiam amplexus ē, ē eandem postea inueni apud P.
Harubal 2 tom. in 1 parte disp. 145 nu. 4. vbi clare fatetur illud principium de inæqua=
litate perfectionis inter res diuersarum specierum ēē dubium ē fortasse falsum ppē raões
a nobis assignatas.

SECTIO III

Examinatur sententia Thomistarum circa regulam diuersitatis specificæ.

Celebris ē in hoc puncto sentia Thomistarum, qui vt regulam aliquam certam
assignent recurrunt ad maām ē fōam, ē dicunt illam ēē principium differentiā
specificam quia desumitur a fōa, illam vero solum indiuidualem quæ desumitur
a maā; de qua sentia ē varijs eam explicandi modis late agit vltra alios Suarez
disp. 5 met. sec. 3 quidam ē. dicunt indiuiduari formaliter res per maām, alij per
maām cum quantitate, alij per maām cum ordine ad talem quantitatem,
alij per maām cum ordine ad talia etiam accidētia ē dispositiones per ordinem
ad quas designatur maā ē tribuit vltimam indiuiduationem toti composito.
Authores ē raões peculiares singulorum ex his dicendi modis videre poteris
apud eundem Suarez loco citato.

Nunc breuiter rejicitur hæc sentia, quia vel eius sensus ē maām solam
ēē indiuiduationem Petri v. g. ē hoc ē aptē falsum, quia indiuiduatio formalis

n̄ distin=

n distinguitur ex ratione rei a differentia specifica, ut patet in Logica, n est ergo tota entitas Petri constituitur formaliter in ratione huius individui per solam materiam, cum forma etiam prout condistincta a materia sit entitas realis atque adeo una non solum specie sed etiam in individuo.

Secundo potest illa sententia explicari, ita ut sensus sit quod compositum individuetur per materiam signatam hac quantitate, et quidem si quantitas recipiatur in toto composito, prout Thomistae volunt, et succedente nova forma substantiali varietur etiam quantitas constat aperte materiam n individuari a quantitate, cum maneat eadem numero materia nunc sub hac quantitate et postea sub alia, et in utrumque n potest intelligi quod differentia individualis compositi substantialis desumatur formaliter a quantitate vel ab ullo accidente, cum omne accidens eo ipso quod sit accidens debeat esse condistinctum a tota entitate substantiae, differentia autem individualis debeat esse aliquid intrinsece constitutivum huius substantiae ut haec substantia est.

Tertio potest explicari ut sensus sit materiam et totum compositum substantiale individuari n quidem formaliter per quantitatem sed per ordinem ad talem quantitatem vel secundum se vel etiam cum talibus dispositionibus, quod vocant aliqui individuationem provenire a materia signata. Sed contra hoc imprimis, si quantitas varietur in generatione substantiali, n potest manere eadem numero materia in genito quae erat in corrupto, vel debet dicere hanc materiam n individuari per ordinem ad hanc quantitatem et ad haec accidentia; secundo quia materia in ea sententia praecedit pro priori naturae ante quantitatem et accidentia, et pro eo priori intelligitur iam eadem numero materia quae fuerat prius cum aliis accidentibus et per consequens n accipit suam individuationem ab istis accidentibus. Tertio anima rationalis eadem numero nunc est sub hac materia cum his accidentibus, postea vero sub alia materia, quam per nutritionem acquisivit, cum aliis accidentibus et haec tamen n est eadem numero per ordinem ad hanc numero materiam cum his accidentibus, sed per suam entitatem, atque adeo eodem modo potest duo Angeli distingui numero per suas entitates absque ordine ad materiam; idem argumentum fit de accidentibus quae successive sunt in eodem Angelo solum numero distincta, illa enim n distinguuntur per ordinem ad diversam materiam vel diversum ubi, ut constat, sed solum per suas entitates et eodem modo possunt duo Angeli distingui numero absque ordine ad diversum ubi, denique ipsamet materiae vel ipsamet quantitates aut alia accidentia, sive quicquid illud sit est in ordine ad quod desumitur individuatio, individuantur se ipsis absque ordine ad aliquid aliud, ne detur processus in infinitum et hae duae entitates spirituales poterunt individuari a se ipsis et differre eodem modo solum numero intra eandem speciem.

Dices: repugnat distinctionem materialem esse quae n sit in ordine ad materiam vel alterius distinctio materialis est illa quae fit per divisionem continui, et quidem n fit sine aliqua quantitate permanente vel successiva, quando est dividimus aquam in duas partes dicimus illas duas aquas distingui materialiter, hoc est solum deservire ad augendum molem et quantitatem aquae eo quod una n reddat cum alia nisi maiorem aquam, in his ergo quae n ita ordinantur ad augmentum alterius et ad faci=

ē, ad faciendum vnum maius cum alio (qd quidem solum fit in rebus quantis) n̄ inuenitur distinctio mat̄alis.

Sed vltra hoc, quia licet vocabulum distinctionis mat̄alis desumptū sit ex his quæ per diuisionem mat̄æ fiunt plura, res tn̄ ipsa significata per talem distinctionem numericam videtur pōe etiam reperiri in rebus n̄ constantibus mat̄a aut quantitate, nam sicut duæ partes mat̄æ vel aquæ poūt reperiri solo numero distincta, cur n̄ poterunt fieri duo entia spiritualia ita simi-lia, ē homogenia inter se sicut duæ aquæ? qd ē. n̄ poūt vniri vel fieri plura per diuisionem continui n̄ tollit qd poūt habere omnimodam similitudinem, nam reuera duæ Aīæ rationales licet n̄ poūt inter se vniri, sunt tn̄ ita similes ad inuicem sicut duæ aquæ, ē duo actus vitales eiusdem Angeli licet n̄ poūt inuicem vniri aut fieri plures per diuisionem continui, n̄ ideo tn̄ sunt minus simi-les inter se si versentur circa idem obiectū mat̄ale ē formale, cur ergo n̄ poterunt fieri duo Angeli, ita similes qui quidem licet n̄ poūt facere quantitatem continuam, poūt tn̄ facere discretam s:[numerum] numerum Angelorum, ē ideo fortasse distinctio mat̄alis solet etiam saepe vocari distinctio numerica, quia sicut dicitur distinctio mat̄alis ad significandum qd solum deseruit ad facien-dum maius, sic dicitur distinctio numerica qd solum deseruit ad augendum numerum, quo videtur alluisse Poëta ille, cum dixit: nos nu-merus sumus fruges consumere nati, hoc ē, ad nihil vtiles nisi ad au-gendum numerum, pōt ergo etiam in rebus immat̄alibus excogitari talis distinctio, quæ licet n̄ tendat ad faciendum maius, deseruiat tn̄ solum ad augendum numerum, atq adeo licet nobis eam vocare distinctionem mat̄alem, vocari tn̄ poterit distinctio purè numerica.

Obijci solet 1mo Artes qui saepe multiplicationem indiuiduorum intra eandem speciem reducit ad mat̄am; sed ibi n̄ negat pōe etiam aliquan-do aliunde prouenire, sed explicat vnam rationem sufficientem talis multi-plicationis; clarius videtur loqui 12 metaph. c. 8. vbi in vtrum dicit quæcunq multa sunt secundum numerum habere mat̄am, sed ibi obscurè satis loquitur, agit ē. de Deo quem vnicum vult ēē, quare pro eodem fortasse vsurpat mat̄am ē rationem eandem specificam, dicit ē. in Socrate rationem eandem hōis ēē velut mat̄am in qua oēs hōes conueniunt, qd in Deo ēē n̄ pōt, videatur Rubius in pn̄ti art. 4 quaesito 1 de mente Artis, atq etiam S. Thomæ, quem plures etiam ex Thomistis volunt loqui solum de pōia ordinaria n̄ de absoluta quando negat pōe produci plures Angelos intra eandem speciem infimam.

Secundo arguit P. Granado in pn̄ti trac. 1 dis. 4 nu. 11 qd in oībus alijs rebus inter Angelos nulla ē differentia purè numerica nisi in ordine ad mat̄am, ergo in Angelo n̄ ē cur ponamus talem differentiam purè numericam cum sit expers mat̄æ. Rp. si consequit in oībus alijs n̄ pōe differre solum numero, nisi ea

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

nisi ea quæ differunt per ordinem ad diversam materiam falsum est, nam duo
accidentia solo numero diversa, possunt esse successive in eodem subiecto, ut constat,
si vero sensus sit non distingui numero aliqua entia materialia nisi cum
ordine ad materiam in aliquo sensu verum est, quia cum distinguantur numero
per suas entitates et hæc ipsa entitas, cum sit materialis, sit ordo ad materiam,
consequens est ut sicut constituuntur per ordinem ad materiam, sic etiam distin=
guantur, cæterum in hoc sensu verum etiam est quod omnia entia materialia
differunt specie per ordinem ad materiam, nam differentia specifica hominis et equi
includit ordinem ad materiam, sicut ergo non potest probari non inveniri in Angelis diffe=
rentiam specificam intrinsecam ratione quia videmus ex eo quod omnia alia entia præter Angelum
non habent talem differentiam specificam sine ordine ad materiam, sic neque de diffe=
rentia numerica potest id probari, ratio autem est, quia omnia alia entia sunt materialia, atque ideo
non possunt constitui vel differre nisi per suam entitatem quæ est ordo ad materiam, at vero
entia spiritualia completa sicut constituunt per suam entitatem absque ullo or=
dine ad materiam, sic possunt differre specie vel solo numero ab aliis per suam entitatem
absque ordine ad materiam.

Tertio arguit idem Author ibi, quia in genere actus subsistentis nihil est tam
propinquum Deo quam substantia Angeli, et sicut Deus propter summam actuali=
tatem suam non potest multiplicari specie nec numero, sic Angelus etiam, licet
non accedat ad illam perfectionem actualitatis et ideo possit multiplicari
specie, habebit tamen hoc quod est non posse multiplicari numero propter maiorem
actualitatem quam habet comparatus cum entibus materialibus.
Sed contra hoc est, quia si ex maiore perfectione creaturæ deberet provenire quod
magis assimilaretur in multiplicabilitate, et ideo substantia spiritualis
non possit solo numero multiplicari, sequeretur aliquam perfectiorem crea=
turam posse fieri, quæ propter maiorem perfectionem et quia magis propinqua
esset Deo, deberet esse immultiplicabilis non solum secundum numerum
multiplicationem mere numericam, sed etiam secundum speciem infimam
et solum posset multiplicationem genericam habere, cuius Deus etiam est inca=
pax, ut hac ratione magis assimilaretur Deo in multiplicabilitate nume=
rica et specifica, licet differret per multiplicabilitatem genericam;
Ad argumentum ergo dicendum facile in Deo ex eodem principio capite provenire im=
multiplicabilitatem specificam et genericam scilicet ex supremo dominio,
quia si essent duo Dei neuter esset supremus Dominus atque adeo nec Deus, ut infra
videbimus.

Quarto arguit ibidem quia differentia numerica est infimus
gradus inter metaphysicos, et desumenda est ex infimo gradu inter partes
physicas, id est ex materia seu subiecto, debet enim esse proportio inter partes meta=
physicas et physicas. Hoc argumentum si quid probat probaret etiam observ=
vari etiam eadem proportio quod differentia infima specifica deberet

deberet desumi ab entitate minus perfecta quam differentia subalterna quæ e gradus metaphysicus superior, imo retorqueri potest contra adversarios, qui e. dicunt accidentia individuari per ordinem ad subiectum, ar[illegible] a. e in composito accidentali ex substantia & accidente perfectius quid ee subiectum quam formam, si ergo differentia numerica e infimus gradus deberet desumi potius a forma accidentali quam a subiecto quod e perfectius in entitate physica.

Ad argumentum ergo Respondetur non debere desumi maiorem differentiam rei ex maiore perfectione, nam entitas imperfecta v:g: materia prima ~~petit~~ per illud ipsum per quod e imperfecta convenit cum alia entitate imperfecta; & per illud ipsum differt maxime ab entitate perfecta & illa maxima differentia qua differt ab entitate perfectiore desumitur ab illa entitate imperfecta, imo eo maior e differentia a re perfecta quo desumitur ab entitate imperfectiore, sic e contra ens perfectum Angelus v:g: per illam perfectionem suam differt multum ab entitate imperfecta v:g: a lapide, & per eandem perfectionem per quam differt multum a lapide differt parum ab alio ente perfecto sc: ab alio Angelo. quod clare explicari potest exemplo qualitatum, in quibus maior vel minor dissimilitudo non desumitur ex gradu maioris vel minoris ~~perfectionis~~ intensionis, nam per intensionem v:g: ut octo hoc album e simile alteri albo ut 8 & e contra album ut duo e multum dissimile albo ut ~~[illegible]~~ octo. non sumitur ergo maior dissimilitudo ex maiore intensione nec minor ex minore, sic ergo nec minor differentia desumitur ex minori gradu perfectionis physicæ, ratio e eadem in omnibus, quia differre parum non e habere parum perfectionis, sed habere similem perfectionem seu parum dissimilem, potest a. ee magna perfectio & parum dissimilis, sicut e contra potest ee parva perfectio & multum dissimilis, vide compositum materiale per materiam primam non solum differt numero sed specie & genere ab Angelis non minus quam per formam, & e contra non magis convenit in specie equus cum equo per materiam quam per formam, atque adeo & differentia mere numerica inter illos atque desumitur a forma & a materia, quia tam similis e forma quam materia materiæ.

SECTIO IIII

Verior modus explicandi differentiam specificam?

Dicam breviter id quod olim dixi in Philosophia & postea vidi placuisse doctissimis Viris. dixi itaque non posse assignari regulam aliquam fixam quæ serviat in individuabili ad decernendum quæ sit vel non sit differentia specifica, sed totum hoc reducendum tandem ee ad iudicium prudentum, non quia ante operationem nostræ non sit iam res a parte rei eiusdem vel diversæ speciei, sed quia per differentiam specificam homines volunt significare differentiam quandam notabilem, & non satis constat apud homines quæ sit in particulari

differentia